

IOACHIMI

M Y N S I N G E R I

A' F R V N D E C K

Singularium Qbser-
uationum Iudicij Imp. Cameræ
CENTVRIA E. V.



Locutus est Mynsingorus
ad hanc rem, quia in
unione probanda et cum
expungendo permisit.



Cum Priuilegio Cæs. Maiest. ad decem, re-
gis Gallorum Christianiss. ad an-
nos quinque.

BASILEÆ, PER EVSEBIVM
Episcopium, & Nicolai fr. hæredes.
M D LXXX.

Coll. Soc

ILLVSTRISSIMO
HEROI AC PRINCIPI, DOMINO
Augusto, duci Saxonie, S. Rom. Imp. Archimarschallo & Electori, Landgrauio Thuringiae, Marchioni Misniae, Burggrauio Magdeburgensi, &c. Domino suo clementiss. S. D.



I legem illam naturalem, IL
LVSTRISSIME PRIN-
CEPS, Domine clementissi-
me, quām homini diuinus
ille rerum omnium Opifex
Devs, mox in ipsa creatione inseuit, nō
obscurassent ac uelut abegissent Morta-
les, nullis quidem certè scriptis legibus,
neque Magistratu, aut Rectore ullo, qui
præficeretur cæteris, indiguissent. Hæc e-
nīm sola & honestatem uitæ, & nullius læ-
sionem, æqualemque distributionem di-
ctans, quemq; sine iure scripto, nullo etiā
imperante, semetipsum regere, uitamq;
suam ad equi & boni regulam conforma-
re docuisset. Nam huius planè legis diui-
nitus animis mortalium insitæ, nullà alia
uis est, quām ut rectè in omnibus facere
iubeat, ueret delinquere. Quemadmodū

S I N G V L A R I V M
O B S E R V A T I O N V M
I V D I C I I I M P E R I A L I S
Cameræ Centuria I.

JO A C H I M O M Y N S I N G E R O
A FRVNDECK I V R I S=
consult. Authore.

Appellationis processus an ob omissam litis
contestationem uitietur. Observatio I.



V A M V I S sine litis cōtestatione non
procedat iudicij, cūm sit fundamētum,
principium & substantia litis, c. de cau-
sis. & ibi Dec. de offic. deleg. c. cūm cau-
sam. de appell. Spec. tit. de lit. contest. §.
1. & dicatur lapis angularis totius iudi-
cij, iuxta Bald. in c. I. col. I. eod. tit. Ideoq; eius omissio to-
tum processum uitiet: gl. in c. dudum. 2. de elect. Bart. &
Dd. in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iud. & Card.
in cle. s̄epe. in princ. in 4. oppos. de uerb. sign. & latè So-
ci. in d. c. I. num. 8. Exceptis causis summarījs, quæ litis cō-
testationē non requirunt, secundum Card. ibidem. Attamen
in causis appellationis processus ob omissam litis conte-
stationem non corruit, si modo in prima instauria litis conte-
statio intercesserit. Nam effectus litis contestationis durat
post sententiam in causa appellationis, nec per eam extin-
guitur, aut suspēditur, testante Decio in rub. & c. per tuas,
ext. de appell. ubi plura allegat. Et ita deciderūt etiam Do-